



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Sothero papa [et] martyre. Cap[itulum]. lxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

viuendi regulam penitentibus intra scriptura-
rum auctoritate instituit. Ad basilicam quendam
super mortem consolatorum librum unum spe re-
surrectionis perfectum et instructione munitum
Domestias etiam: que a fratribus salutis pro-
prie sollicitis in libris digeste seruantur: qui et
xij. kalen. maij carnis debitum soluit.

De sancto Symeone archiepiscopo et
socijs martyribus. Cap. lxxi.

Symeon archiepiscopus se-
leucie et cephesiphontis regalium vr-
bilium cum socijs suis apud perfidum
martyrium passus est sub rege sa-
pore tpe constantini: vt dicitur in historia tripartita:
quo tempore armeni et indi primo ad christum conuer-
si sunt. Hic tanquam regni proditor comprehensus
ferroque vinculis in perfidam ductus est. De quo
crimine purgatus: sed de christianitate suspectus
cum de domino iesu christo libera voce et constantissime
testaretur et nollet adorare deum solum carcerali er-
gastulo cum alijs centum: et quibus alij episcopi alij pre-
sbyteri alij diaconorum ordinum clerici erant diebus
pluribus maceratus. Vbi a quodam vltimadite ses-
noze eunuchorum regis nutritione olim amico suo
visitatur: quem symeon desperit: nec videre vo-
luit: eo quod olim christianus fuisset: metuque mor-
tis solum adorasset. Unde ille confusus respicit:
et ad regem accedens se christianum publice pro-
fitens decollatur. Die vero sequenti que erat pa-
rasceue: symeon eductus de carcere: cum nollet
regi consentire: cum omnibus suis iustus est pa-
riter capite cedit. Inter quos martyres erant
abdecalias et ananias episcopi senes gloriosi:
cum quibus passus est et pusitius artifex regis
eo quod vnum de senioribus expaudentem gladium co-
fortasset. Qui perforata ceruice lingua eius inde
extracta est. Et cum eiusdem etiam passa est quedam
filiola prefati pusitij sacra virgo: qui passi sunt
vndecimo kalen. maij. Hec in tripartita.

De sanctis Oratoze presbytero et
socijs martyribus. Cap. lxxii.

Oratoze presbyterus:
fortunatus: felix: et silinus atque
vitalis martyres apud alexan-
driam passi sunt. Qui multo tem-
pore onerosis vinculis afflicti
et durissima inedia macerati
in carcere deuerunt. xi. kalen. maij. vt dicitur ado.

De sancto Sothero papa
et martyre. Cap. lxxiii.

Sother papa et mar-
tyr natione campanus et patre co-
cordio de ciuitate fundana antecero
pape in pontificatu romano succes-
sit: et sedit annos nonem: menses: xij. dies: xxi. Hic
constituit: vt nulla monacha pallas sacratas

tangeret: nec incensum in ecclesia poneret: et vt
velum portaret. Constituit etiam vt legitima non ha-
beat vxor: nisi p sacerdotem fuerit benedicta et a pa-
rentibus solenniter tradita: et a paranymphis cu-
stodita: canes multis viculis que circa inrimonia
constringere solet. Vni tempore caraphryge he-
retici sunt exorti a phrygia puicia vnde habue-
runt originem denotati: qui spiritum sanctum nec ap-
tibus nec alijs datum asserunt nisi ipsis. Quorum auctores
fuerunt moranus presbyter: prisca et maximilla:
hic fecit ordinationes tres p mensem decembrium:
presbyteros octo: diaconos nonem: episcopos p di-
uersa loca numero vndecim. Qui sub senero prin-
cipe martyriso coronatus est. Sepultusque est in ci-
miterio calixti via apia. x. kalen. maij. Et cessas-
uit episcopatus dies. xxij.

De sancto Lato papa et martyre. Cap. lxxiiii.

Latus papa et martyris
natione dalmatinus de genere dio-
cletiani imperatoris frater gabri-
el presbyteri: de quo supra actum est
xi. kalen. martij et patre gallo cu-
tychiano pape in episcopatu romano successit.
Seditque annos vndecim: menses quattuor: dies
nonem. Hic constituit vt omnes ad ordines in
ecclesia sic ascenderent: vt si quis dignus fuisset:
primo ostiarius: lector: exorcista: acolitus: deinde
subdiaconus: et diaconus: ac presbyter. Deinde vo-
catus episcopus ordinaret. Hic constituit paganos et heretico-
cos vel iudeos non posse christianos accusare: aut
vocem eis infamatoris inferre. Item statuit
vt nemo episcopus aut clericus apud iudices secularis
res accusare presumere. Hic etiam rome regiones
diuisit diaconibus: vt gesta martyrum perquirerent et
conscriberent: ac etiam alta negocia ecclesiastica
pertractarent. Hicque fecit ordinationes quattuor p
menses decembrium: presbyteros. xxv. diaconos. viij.
episcopos p diuersa loca numero quinqs. Qui
fugiens persecutionem dioeclesiani in cryptis ha-
bitando martyrio coronatus. Et sepultus est in ci-
miterio calixti via apia. x. kalen. maij. Et cessas-
uit episcopatus dies. xi. Hic contra hereticos
epistolam edidit de verbi dei incarnatione fide-
dem catholicam continentem.

De sancto Lato presbytero et con-
fessore. Cap. lxxv.

Latus presbyter et con-
fessor rome claruit sub tpe zephe-
rini pape. Qui sapientia predictus
aduersus proculum morantem secta-
torem insignem habuit disputationem quam in vnus
redegit volumine. In qua inter cetera scribit epi-
stolam pauli que inscribitur ad hebreos eiusdem
non fuisse: quam etiam apud romanos quasi pro-
sua non haberi vsque ad sua tempora beatus scri-
bit hieronymus: qui eundem catum inter illu-
stres suo libro commemorat.